Justitia universalis pro triplici homi-
nis ordine atq; respectū, trifariā definiri
solet.

1. Primus est ordo hominis erga Deum,
cui ut conditori et Domino cultum ac obedi-
entiam debet.

2. Alter ordo est hominis erga se ipsum.

3. Tertius ordo, est Politicus, quo homo, ut
pote civili vitæ natus, ad leges, ad magistratus,
ad concives, ad suos, ad omnes deniq; reipubl.
partes, velut civis et homo Politicus aptatur.

Juris præcepta tria sunt: 1. Honeste
vivere. 2. alterum non lædere: 3. suum
cuiq; tribuere. § Juris insti. eod.

Justitia alia est universalis alia particu-
laris. illa est virtus dirigens voluntatem
et appetitum hominis ad obedientiam
omnium legum, pertinentium ad humanæ
societatis conservationem; atq; adeo
virtutum omnium habitus et actiones
gubernans.